

nus terræ sive gravitatis terrenę quidque habet, tanto levius est, & facilius sursum fertur: Ita animi nostri quo magis rebus terrenis addicti sunt & illis renorum veluti gravantur, hoc minus ad cœlegravitas stia connituntur, & in Deo exultant; compensante semper damna amoris terreni, charitate divina, & quæ illi necessario connectitur, proximi. Unde consequitur eum qui Deum amet, nō posse non etiam proximum diligere; & qui Deum offendere audeat, neque à proximi injuria sibi temperare.

CAPUT XXIX.

DE RECONCILIATIONE PROXIMI, sine qua Deus gratiam suam rescindit.

Num. 5. *Si quis peccaverit adversus hominem, Domino tenebitur.*

Hominē offendēs offendit Deum.

MEmorabilis est hæc sententia; quia cum Deum & hominē, tum utriusq; amore offendit, ut quisquis, Moysis judicio disertis verbis concepto, hominem offendit, Deum injuria affecisse cœseat. Ex quo illud necessario consequitur, qui Deo reconciliari velit, ei cum proximo idem esse faciendum; cum Deus, que